Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Johann Andreas Thauer an August Hermann Francke.

Thauer, Johann Andreas

Mühlberg, 30.10.1716

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-52607

Visual Library

Immanuel, N. 9.

30. X. 1716.

68

Magnifice,

Vir Maxime Reverende,

Pater in Christo devenerande,

Tandem promissis, olim, quum Hallam relinquerem, TIBI datis, sto, breviterque muneris mei, per DEI gratiam suscepti, rationem et methodum perscribo. Scilicet Muhlberga constitutus sum scholæ rector, sed tantum substitutus, neque, quæ ad vitæ usum, tanquam necessaria requiruntur, adsunt; multominus omnia, quæ antea promissa sunt, servantur. Quemadmodum vero TU, VIR MAXIME REVERENDE, ante abitum

meum

meum suasor auctorque eras, ut, quantum per magistratum liceret, ad
normam Scholarum Orphanotrophei quaedam hic loci emendarem,
et sic quoque methodum illam catecheticam introducerem;
ita quoque illud tentavi; ubi res quidem eventu penitus non caruit;
attamen non illos, quos sperabam, sentio fructus. Nam enim multis
in rebus dantur impedimenta, praecipue ratione catecheseos. Latinam
linguam ad scholae latinae Orphanotrophei methodum doceo. Sacra
vero dicta tantum memoriae mandant, neque illum fructum, quem
Hallae dicta biblica exponens expertus sum, animadverto. Quanto
autem bonorum spiritualium cumulo Deus T. O. M. horas a me expositioni
dictorum Hallae tributas, ornaverit, inde patet, propterea, quod, meo
absente iam, quidam frugi iuvenes, Orphanotrophei alumni bonae spei,
semper illud in memoriam revocant, seque et me ita excitare
studeant. Cuius rei testimonium illorum ad me datae litterae perhibent.
Ut tantum unius alumni, mihi ob sincerum erga DEUM
amorem perchari, R. Caspari Ritteri, mentionem faciam,
is inter alia in epistola Graeca ad me nuper Mense Septembr.

exarata

exarata, post amoris sui erga me testificationem, sequentibus utitur
verbis: πολλοὶ μὲν εἰσι τῶν διδασκάλων, οἳ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ
ἐπελάθοντο ἡμῶν — ἀλλ' ὅμως δὲ ἐγὼ οὐ δύναμαι, ὅτι ἐκεῖνος
ἀλλὰ τῶν ~~[illegible]~~ οὕτως ἐλυπήθην, ἀδελφέ, ὅτι ἐκδέδωκε ὁ Θεὸς
σοὶ αὐτὸ τὸ χάρισμα, ἡμᾶς, ἐὰν ἐν τῷ χριστιανισμῷ ~~[illegible]~~
γενώμεθα, ἐν παντὶ τῷ καιρῷ ἐγείρειν, ὃ ἐμοὶ πολλάκις, μάλιστα
δὲ ἐν ταῖς ὥραις, ἐν αἷς τὰ ἐκ τῆς βίβλου ῥήματα μανθάνομεν,
συμβέβηκε. Νῦν δὲ οὕτως ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ οὐκ γίνεται. reliqua
ubi porro ostendit, iam ob quorundam puerorum malitiam in istis h[oris]
ubi sacra dicta inculcari solent et applicari, sic fieri non posse.
Deo optimo maximo etiam hac in re gratias ago, et ad ipsius maiestatem
supplex accedo, ut ubique, ubi et in posterum in Domini vinea opera-
rium agam, etiam gratia ipsius meum sit, ut aliquando sempiternis
in gaudiis laetus coram ipsius throno cum omnibus, quos docui et docebo,
comparere possim. Conserves Tu quoque semper mei memoriam,
memorque in precibus coram Deo sis

Dabam Muhlbergae
ad radices montium Plichensium.
CIƆIƆCCXVI. d. XXX Oct.

Magnifice, Vir Maxime Reverende,
Pater in Christo deveneran de,
Tui
Joh. Andreas Thaueri.

P. S. Litterae ad Lindhammerum, fratrem
in Christo perdilectum ut mittant, est quod etiam a te
expeto.

A Monsieur
Monsieur Franke
Professeur en Theologie
a
Halle.

Franckesche Stiftungen zu Halle